



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofvrti ad Moenvm, 1665

Interpres Lectori.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5

INTERPRES
LECTORI.

FRANCISCI BACONI Verulamii *Historia Naturalis* diu Latino expectatum opus est. Typographi non semel impensis
eius versionem etiam pretio sollicitarunt. Omnes haecenus abstervit argumenti varietas multis difficultatibus perplexi,
Anglos quoque & Eruditos fatigatura. Me huc impulsit nulla studiorum, quorum vix melius in herba est, fiducia, aut penitus
Anglicana linguae cognitio, sed fortuna; bene an sequius cessura, penes te, benevole Lector; si conatus meos tenueris in a
conscios, neque unquam prolo destinatos, blanda tamen amicorum importunitate huc delatos, unde resistere non datur,
intra spem venia tutos esse patiaris; dum Latina Philosophorum auditoria duntaxat carere nolo labore Illustris Viri, strenuus
Physica, cum Natura parva facientis, regulis utilissimo. Postquam enim recisum ab occupationibus & remissionibus otium
permittere statui stili exercitijs, realia, ut sic loquar, & plusculum abdulla ab incorporeo verborum strepitu quarens, incidi
in hac, jucundissima quidem, & fovendis Medicinae meae studiis, opportuna; sed mihi non raro intricata veritenti, imo vel
desperata nisi Doctissimorum virorum humanitas (quorum digniora nomina quam ut huic vestibulo praesigantur) manus
subinde auxiliarem porrexisset. Salebris totoque eluctatus curriculo, ubi charta in tam non jam redacta pervenerunt in eorum
manus, quibus non obsequi religio mihi foret, sensi protinus admodum machinas, donec privatis amplius esse non licuit diligentia
mea fructibus. Sic igitur prodeco tandem, navata Bacone interpretis Latini opera; qua metuis quidem audire servum pecu-
cavit, ne verbum verbo; sed ut perspicuitatem attendenti non infuscatam reddat stilus liberior; qui & ipse non eodem ubi
fido accurrit, alibi strictior, alibi effusior; ut forsasse lectionis olim nostrae variatam redderet effectum. Nec tamen penitus in-
asssecutus quod accurate secutus sum, spondere audeo. Imo occurrent nonnulla, quae facile testentur quam non ubique, mihi
fecerim satis. Sic Anglica quaedam pagina addita videbis, etiam ubi Latina non desunt; aliquando etiam ubi exprimita
posse desperavi. Sed & hic & illic expecto a te, benigne Lector, locis non sanis medicinam; si forte per seculi eruditi benevo-
lentiam spes secunda emendationis, editionis improba non fuerit, & in opere difficili rebusque natura ita diffusa Latine reddenda
aliqua ignorantia extra culpam, imo si intra spem venia peccet dormitans quoque, attentio. Novus Atlas est ex Romana ipsius
Baconi officina. Vale Lector, & saepe hoc primum mare tentanti non sine naufragij metu.